

## Folium. XXXV.

**bis.** Omnis gloria eius filie regis ab  
 intus: in fimbrijs aureis circumamicta va  
 rietatibus. **A**dducentur regi virgines  
 post eam: proxime eius afferetur tibi.  
**A**fferentur in letitia et exultatione: ad  
 ducetur in templum regis. **P**ro patribus  
 tuis nati sunt tibi filii: constitues eos prin  
 cipes super omnem terram. **M**emor ero  
 nominis tui: in omni generatione et ge  
 neracione. **P**ropterea populi confitebuntur  
 tibi in eternum: et in seculum seculi. **G**loria.

*Exultavit cor meum verbis bonis*

*Adulator*

**Psalm. xlii.**

**D**eus voster refugium et virtus: adi  
 tor in tribulationibus que inveni  
 runt nos nimis. **P**ropterea non timebi  
 mus dum turbabitur terra: et transferentur  
 montes in cor maris. **S**ommerunt et tur  
 bate sunt aque eorum: conturbati sunt  
 montes in fortitudine eius. **F**luminis  
 impetus letificat civitatem dei: sanctifi  
 cavit tabernaculum suum altissimus.

**e iiii**